



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Archiepiscopo Strigoniensi & universis in Vngaria constitutis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

quadam reperit pro collecta, & episcopij redditus circa duo milia librarum valent annuatim. Civibus etiam Teruisinis teloneum ipsi Ecclesiae auferentibus se nequaquam opposuit, ut debebat, quin immo illud duobus millibus librarum aestimari obtinuit ab eisdem: quamquam de ipsa pecunia nihil reperit, nisi quod commune septingentas libras, quas extorque-re nitebatur ab ipso, sibi recompen-savit exillis. Ad hæc, post confirmationem suam nobili viro Guercio duo millia librarum, Ecclesiae sua onere non considerato, do-navit, quietem propriam ipsius Ecclesiae dispendio satagens procurare. Etsi ergo eundem Episcopum ab administratione possemus meritò removisse, utpote qui de dilapidatione non suspectus sollempmodo, verum etiam procudubio culpabilis est in-ventus, quia tamen vexationes quas ad dicto Guercio pertulisse dinoscitur aliqua-tenus extenuant culpam ejus, & quia etiam à vobis testimonium sibi laudabile perhibetur, eum, rigore juris mansuetude-ne temperato, adhuc in administratione ipsa duximus tolerandum, volentes cum evangelico illo agricola experiri utrum ar-boru hujusmodi fructum missis circa eam stercoribus sit fractura; ut dimittamus ean-dem, siquidem fructum fecerit expecta-tum, alioquin ipsam, ne terram inutiliter occupet, succidamus. Ne autem Ecclesia saepedicta sub voragine pereat usurarum, ipsius necessitate ac utilitate penatis, li-centiam dedimus Episcopo memorato ut cum consilio dilectorum filiorum Iordanii Prioris sancti Benedicti & Iacobi Archidiaconi Paduani & assensu vestro, tantum de possessionibus ejusdem Ecclesiae remo-tioribus ac minus utilibus alienet quod-de-cem millia librarum veteris debiti de pre-tio solvi valeant earundem, omnem aliam alienationis speciem penitus interdicentes eidem; ita ut ipso jure contractus aliena-tionis sit irritus, si quem fortè alium à pra-di-cto de bonis Ecclesiae saepedicta præsumperit attentare. Ipse verò sic suas moderetur expensas quod mille libras proprij debiti de proventibus solvat episcopalibus annuatim quoisque totum fuerit perfolu-tum, ac usuras trium millium librarum, quæ remanent de antiquo, interim excrefere non permittat; proviso sollicitè ut dictarum possessionum pretium in soluti-nē debiti prænotati sine diminutione qua-libet convertatur. Ideoque discretioni ve-stre per apostolica scripta mandamus qua-tus ipsi, quem ad vos cum favore gratia-

Tom. II.

nostra remittimus, in his & aliis quæ ad ejus spectante officium fideliter assistatis, impendentes ei consilium & auxilium op-portunum. Datum Laterani v. Idus Ianua-rii, pontificatus nostri anno decimo sexto.

In eundem modum scriptum est Iordanio Priori sancti Benedicti & Iacobo Archidiacono Paduano usque & quia etiam à Capitulo suo testimonium sibi laudabile &c. usque ut cum consilio vestro & assensu Capituli sui tantum de possessionibus &c. usque con-vertator. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus prædicta faciat ab ipso Episcopo firmiter observari, alioquin eundem ab administra-tione curetis sublatu appellationis obsta-culo removere. Datum ut suprà.

*ARCHI EPISCOPO STRIGONIENSI
& universi Episcopis in Vngaria constitutis.*

IN illis non modicum superabundat ini-quitas qui presumunt Christos Domini tangere, in Prælatis Ecclesiæ malignantes. Sane intelleximus quosdam Vngaros in tantum prorupisse furorem quod inter alia quæ commiserunt enormia, in venerabili fratrem nostrum Colocensem Archiepiscopum manus præsumperunt incire temerè violentas, & audacter delævientes in gregem, qui non timuerant in pastorem, ipsius Archiepiscopi clericos necnon & monachos verberibus, dannis, & alis injuriis afflixerunt. Volentes igitur eosdem sacrilegos in præsenti confundi, si forte re-sipiscant, ne pereant in futuro, fraternita-ti vestre per apostolica scripta mandamus quatenus si est ita, ipsos singulis diebus do-minicis & festis, pulsatis campanis, & candelis accensis, per vestras dioceses ex-communicatos denuntiari publicè faciat & tamdiu ab omnibus archiis evitari &c. usque absolvendi. Vos denique, fratres Archiepiscopi ac Episcopi &c. Datum Late-rani vii. Idus Ianuarii, pontificatus nostri anno decimo sexto.

In eundem modum scriptum est nobilibus vi-ris universi Ducibus Polonia usque & alijs injuriis afflixerunt. Quia verò dignum est ut suffragii & folatio careant devotorum qui se adverteri Dei ministros in tantæ indevo-tionis malitiam erexerunt, nobilitatem ve-stram rogandam duximus & monendam, per apostolica scripta mandantes quatenus si quos de memoratis sacrilegis ad vos con-fugere forte contigerit, eos in vestra salutis dilucidum nullatenus admittatis, ne illicito favore, quod ab sit, eorum videamini communicare peccatis. Datum ut suprà.

M M m m

Epi. 161.
Adversis eos
qui manus in-
jiciunt in Cle-
rico.